

1663.

1310 d. 3 Apr.

Hof.

Hertigarne ERIK och WALDEMARS stadfästelse på deras gåfva af Ekeby i Nerike till Riseberga kloster.

A. 3. n.

Vniuersis presens scriptum cernentibus ERICUS .et. VALDEMARUS dei gracia duces sweuorum salutem jn dōmino sempiternam. Cum religiose domine .et. honeste abbatissa .et. conuentus de risanberg sint curiam de ekeby. jn nericia cum pertinenciis ex nostra munificencia consecute. prohibemus vniuersis et singulis ne quis presumat eas super eadem curia jndebite molestare. si quis autem crediderit se aliquod ius habere super dicta curia tota vel eius parte contra predictas dominas jntentandi. jllud secundum leges patrie prosequatur nullam violenciam de facto eisdem jnferendo. prout nostram jndignacionem voluerit euitare Datum Hof. anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. decimo. sexta feria ante festum beati ambrosij episcopi.

Sigillet på en ur brefvet klippt remsa, skadadt.

1664.

1310 d. 18 Apr.

Malma.

Biskopen STYRBJÖRNS i Strengnäs stadfästelse på Gamla kloster och Helgarna Kapell såsom gamla annexer till Wärfruberga kloster.

A. 3. k.

STYRBERNUS dei gracia episcopus strengenensis Religiosis et honestis dominabus abbatisse et sanctimonialibus in conuentu montis beate virginis de sua dyocesi salutem in domino sempiternam Ne super ecclesia in gamblacløster quam ab antiquis temporibus conuentualem ecclesiam habuistis et postmodum in pacifica possessione tenuistis et adhuc in presenti optinetis et hælgarne capella sibi annexa vobis a quoquam in posterum possit suspicio generari tenore presencium constare volumus euidenter quod nos habito super hoc cum fidedignis tractatu et inquisitione diligenti inuenimus jpsam ecclesiam gamblacløster cum predicta capella sibi annexa cum omnibus earum parochialibus iuribus fructibus et pertinenciis monasterio vestro rite fuisse collatam et canonicè annexam ante multa jam tempora retroacta et jta per venerabiles patres dominos anundum et ysarum felicis recordacionis episcopos strengenenses predecessores nostros collacionem et annexionem huiusmodi confirmatam Nos igitur predictorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes confirmacionem collacionem et annexionem supradictas ex consensu capituli nostri quantum de iure possumus approbamus perpetuis **ex nunc temporibus** confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum apud ecclesiam malmæ anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> decimo in vigilia pasche.

Sigillet nästan helt och hållet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.